

„ lentibus, sub certis finibus magnum laborem commi-
 „ simus, per quem tam trium veterum Gregoriani, &
 „ Hermogeniani atque Theodosiani Codicum Constitutiones,
 „ quam alias plures post eosdem Codices a Theo-
 „ dosio divinæ memoriæ, ceterisque post eum retro
 „ Principibus, a nostra etiam clementia positas, in unum
 „ Codicem felici nostro nomine nuncupandum colligi
 „ præcepimus, tollendis quidem tam Præfationibus nul-
 „ lum suffragium sanctioni conferentibus, quam contra-
 „ riis constitutionibus, quæ posteriore promulgatione,
 „ vacuata sunt, similibus etiam, præter eas, quæ ea-
 „ dem pœne sanciendo, divisionem juris aliquam face-
 „ re noscuntur, ex qua dividendo vetera, novum ali-
 „ quid nasci videtur; multis insuper aliis ad rectam hu-
 „ jusmodi Codicis compositionem pertinentibus „. Et
 „ postquam eorum nomina, ut supra dictum est, recitasset,
 „ subjungit. „ Omnia quæ eis mandavimus, cum sedula
 „ & pervigili industria, moderataque digestionem, cum
 „ Dei auxilio, ad prosperum tulerunt terminum, & eun-
 „ dem novum Justiniani Codicem nobis obtulerunt, ita
 „ compositum, ut & rebus profuturus esset communi-
 „ bus, & nostro convenisset imperio. Hunc igitur in
 „ æternum valiturum iudicio tui culminis intimare pro-
 „ peximus, ut sciant omnes tam litigatores, quam diser-
 „ tissimi Advocati, nullatenus eis licere de cætero Con-
 „ stitutiones ex veteribus tribus Codicibus, quorum jam
 „ mentio facta est, vel ex iis, quæ novellæ constitutio-
 „ nes ad præsens tempus vocabantur, in cognitionalibus
 „ recitare certaminibus; sed solis eisdem nostro Codici
 „ insertis Constitutionibus necesse est uti, falsi criminis
 „ subdendis iis, qui contra facere ausi fuerint; quum
 „ sufficiat earundem Constitutionum nostri Codicis reci-
 „ tatio, adjectis veterum juris etiam interpretatorum
 „ laboribus ad omnes dirimendas lites. *Et post pauca.*
 „ Illustris igitur & magnifica auctoritas tua pro innato
 „ sibi circa Remp. nostrasque dispositiones explendas stu-
 „ dio, ad omnium populorum notitiam eundem Codi-
 „ cem, edictis ex more propofitis, pervenire faciat,
 „ ipso